

**6419<sup>a</sup>** Cuspium | Pansam aed. | iuvenem probum | dignum rei p. o. v. f.

**6419<sup>b</sup>** C. Cuspium Pansam aed. | d. r. p. v. a. s. p. p.<sup>1</sup> iuvenem probum o. v. f.

**6419<sup>c</sup>** C. Cuspium Pansam | aed. | aurifices universi | rog.

**6419<sup>d</sup>** Cuspium Pansam | aed. lignari universi rog.

**6419<sup>e</sup>** C. Cuspium Pansam | aed. d. r. [p.] o. v. f., Saturninus | cum discentes<sup>2</sup> rog.

**6419<sup>f</sup>** Cuspium Pansam aed. | Popidius Natalis cliens cum Isiacis<sup>3</sup> rog.

**6419<sup>g</sup>** Cuspium Pansam | aed. Fabius Eupor.<sup>4</sup> princeps libertinorum.

*Pompeii pictum variis locis urbis, tertia in muro aedificii Eumachiae, sexta non procul ab aede Isis, septima prope portam Herculaneum (IV 702. 317. 740. 960. 273. 1041. 117 hanc translatam Neapolim vidit Zangemeister). Idem Cuspis Pansa etiam in aliis inscriptionibus parietarii Pompeiorum. Eiusdem nominis viri duo N. 6359. 6360. — 1) Apparet magistratum quem Pansa petebat tam nudo aedilitatis vocabulo significari potuisse quam eodem vocabulo cum adiectione littoralium v. a. s. p. p. (cf. Mau Roem. Mitth. 1889 p. 302). — 2) Similiter IV 673. 694. 698 cet. — 3) Isiaci etiam N. 6420<sup>b</sup>. — 4) Idem etiam IV 120, eiusdemque nomen in amphora Pompeii reperta.*

**6420<sup>a</sup>** Cn. Helvium Sabinum | omni bono meritum | iuvenem aed. d. r. p. o. v. f. Dic . . rog.

**6420<sup>b</sup>** Cn. Helvium | Sabinum aed., Isiaci | universi rog.

*Pompeii, variis locis urbis pictum in parietibus (IV 706. 787 ex actis effosionum).*

**6420<sup>c</sup>** Cn. Helvium Sabinum<sup>1</sup> | aed. i. p.<sup>2</sup> d. r. p. o. v. f., Pupius Rufus<sup>3</sup> facit, idem probat.

*Pompeii, ibi ubi N. 6408<sup>b</sup> (IV 5535. 5537 cf. Notizie degli scavi 1897 p. 16). —*

*1) Nomen fortasse seiungendum esse ab iis quae sequuntur putat Mau. — 2) Iuvenem probum. — 3) Eiusdem hominis nomen scariphatum intus in eadem domo (IV 4615 = Notizie 1897 p. 23).*

**6421<sup>a</sup>** N. Herennium | Celsum aed. o. v. f., Amandus rog.

**6421<sup>b</sup>** N. Herennium Celsum | d. v. v. a. s. p. p.<sup>1</sup> d. r. p.<sup>2</sup> o. v. f., [d.] est.

*Pompeii, altera (N. 6421<sup>b</sup>) in muro aedium 'del Centenario' (IV 634. 3774 — Notizie degli scavi 1880 p. 299). — 1) Cf. N. 6454<sup>b</sup> not. 1. — 2) Cf. N. 6400 not. 1.*

**6422<sup>a</sup>** M. Lucretium | Frontonem aed. d. r. p.

**6422<sup>b</sup>** si pudor in vita quicquam prodesse putatur,

Lucretius hic Fronto dignus honore bene est.

*Pompeii pictum in via non procul ab aedibus Lucretii Frontonis, cf. N. 6422<sup>c</sup> (Sogliano Notizie degli scavi 1901 p. 282; Paribeni ib. 1902 p. 212).*

**6422<sup>c</sup>** M. Lucretius Fronto vir fortis | et ho[nestus?]

*Pompeii in aedibus quae videntur esse Lucretii Frontonis, non pictum, ut eae quae praecedunt et sequuntur, sed scariphatum in tectorio parietis peristylii (Sogliano Notizie degli scavi 1901 p. 166; Mau Roem. Mitth. 1901 p. 333).*